



Argumenta Librorum.

LIBRI I. Qui est SCRIPTURÆ.

In vero Christiano quotidie Adamum mori, Christum autem vivere: eundemq; indies ad imaginem Dei renovari, Et in nova natiuitate vivere debere.

LIBRI II. Qui est Liber vitæ sive Christus.

Christi incarnationem, charitatem, humilitatem, mansuetudinem, patientiam, passionem, mortem, crucem, contumeliam & mortem animarum nostrarum medicinam & salutem, tum speculum & Librum vitæ esse. Adhac verum Christianum, peccatum, mortem, diabolum, infernum, mundum, crucem omnesq; afflictiones per fidem, orationem, patientiam, Verbum Dei & consolationes cœlestes, in Christo Iesu, illiusq; virtute, fortitudine & victoria in nobis, vincere debere.

LIBRI III. Qui est Liber Conscientiæ.

Deum Regnum suum, non aliter atq; absconditum in agro thesaurum, & divinum internumque anima lumen, in corde hominis collocavisse.

LIBRI IV. Qui est Liber Naturæ.

Megacosmum sive Librum naturæ de Deo testari Et ad illum ducere.

Pro captû Lectoris, habent sua fata libelli.

A 2

Reber.